

## EPISCOPATUS ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS

(Prosecutio)

*Johannes de Dist* (Deyst, hodie Diest in Belgio), 2. episcopus in *Samland* (suffr. Rigens.) inter 10. febr. 1251 et junium 1252, m. martio (alias 11. sept.) 1251 translatus ad cathedram *Lubicensem*, ubi sedebat adhuc 1259.

G. 287 et 308; Hauck IV, 974; Goov. IV, 116 et 293; Sbralea, Bull. francisc. I. 712, nr. 529; Gams 308 scripsit de Johanne: O. S. N[orberti], quod autem dubium manet.

*Johannes Drusius* (Druys), abbas Parcensis in Belgio (1601-† 25. mart. 1634) vicarius generalis Ordinis Praemonstratensis in Brabantia et Frisia. Albertus archidux abbatem bene meritum 1620 ad archiepiscopatum *Mechliniensem*, deinde ad episcopatum *Gandavensem* promovere cogitavit, sed abbas utraque vice recusavit.

Hugo, A. P. II, 487; Lienhart, *Spir.* II, 207; Goov. I, 207; Kraszewski I, 132; J. E. Jansen, *Abdij van 't Park* (Antwerpen, 1904) 82 et *La Belgique Norbertine* (Averbode, 1921) 156.

111. *Johannes* (de) *Galavis*, 55. rector collegii Salamantini 1726-1729, O. Praem., die 28. nov. 1729 fit archiepiscopus in *St. Domingo* et primas Indiae occidentalis, 1737 translatus ad sedem archiepiscopalem in *Santa Fé de Bogotá* (Columbia), ubi obiit 1739.

G. 140 et 148; Hugo A. P. II, 389; Lienhart, *Spir.* 43; Kraszewski II, 353 (el. 22. nov. 1729); Goov. III, 53.

\* *Johannes II de Heche* (Hethe), magister, regis et reginae Daniae capellanus, 1264, die 23. jul. ab Urbano P. IV. provisus 7. episc. *Burgilaviensis*, consecratus a Nicolao, episcopo Wibergensi. Nil certum de eo quoad Ordinem.



G. 329 (1262-1271); Eu. I, 662; Potthast II, n. 18991; Reg. Vatic. Urb. IV, an. 3, t. 28, cap. 294; Goov. IV, 19.

112. *Johannes Lohelius*, natus Egrae 1549, ab a. 1564 servitor, dein scholaris, 1573 novitius, 1575 professus Teplensis, ordinatus 1576, 1578 prior Strahoviae, 1583 rector conventus Teplensis, 1586 abbas Strahoviensis (Johannes X.) et 1589 simul Siloënsis, visitator et reformator Ordinis Praemonstratensis per Bohemiam, Moraviam, Silesiam, Poloniam, Hungariam, etc.; 3 aug. 1603 simul episcopus titularis *Sebastensis* (Armenia) i. p. i., suffraganeus et auxil. Zbinconis, archiepiscopi *Pragensis*, dein Caroli de Lamberg archiepiscopi ibidem coadjutor 14. maii 1612, eodem anno (18. sept. 1612) ipse 12. princeps-archiepiscopus *Pragae* factus, legatus natus, metropolita et primus Bohemiae Primas, nunc demum utramque abbatiam dimisit, et magister Crucigerorum cum rubea stella Pragae cooptatus est, S. Caes. Maj. consiliarius, abbas Ossecensis (Ossegg, O. Cis.) commendatarius, haereticorum malleus, obiit 2. nov. 1622 Pragae, a. aet. 73, sepultusque est in ecclesia Strahoviensi, ubi mausoleum habuit. Memoriam reliquit sanctitatis et passim nominatur venerabilis. Apud Praemonstratenses in Bohemia nomen ejus (Lohelius) etiam novitiis in vestitione imponi solet.

G. 303; Eu. III, 297; Vander Sterre, Nat. 104 (ad 2. nov. et oratio funebris dd. 2. nov. 1623 natita a fr. Benedicto Lacken Strahoviensi in Lohelium, p. 123-179); Friedenfels 214 et 522; Miraeus 53; Hugo, A. P. II, 429; Lienhart, *Eph.* 314, *Spir.* 40; Goov. I, 523; G. Dlabàcz O. Praem., *Leben des frommen Prager Erzbischofs Johann Lohelius* (Prag, 1794); Weyrauch 50; Frind 200 et 312; Ormák 59 et 227; Ign. van Spilbeeck 84; Kraszewski II, 194; Albrecht 66; Brunner 525 et 566; *Analecta Praem.*, t. III, fasc. II, 124 sq., art. Const. Pichert, can. Teplens. O. Praem.: "*Johannes Lohelius*", (cum litteratura). (Tongerloo, 1927).

113. *Johannes I. de Liinen*, archiepiscopus *Rigensis* c. 1273, † 1286. Cfr. Appendicem.

114. *Johannes de Mansis*, ex abbate monasterii B. Mariae Fontis Calidi (Fontcaude) O. Praem. dioc. Narbonensis, episcopus de *Cardica* (in Graecia) tit. 27. febr. 1540.

Eu. III, 168.

115. *Johannes Mase*, abbas monasterii S. Jacobi Ap. de Welbeck, Eborncensis Dioc. in Anglia ab a. 1519, fit 1525 episcopus *Uphoniensis* in Hibernia et moritur 1536.

G. 220; Eu. III, 108; Gasquet III, 166 (nominans abbatem John 1519 et 1531: in catalogo dd. 22. nov. 1500, ib. p. 195, nomen hoc nondum occurrit).



*Johannes III. Michaelis*, e canonico Ripensi (presbytero saec.) 19. sept. 1365 prov. ab Urbano V. 16. episcopus *Burgilavensis*, translatus 7. nov. 1369 *Ripam*, ubi obiit 6. dec. 1388. Non pertinet ad ordinem.

G. 329 et 331; Eu. I, 662; Goov. IV, 19.

*Johannes I. de Neumarkt* (de Neoforo), scriptor ecclesiasticus, nat. 1310, presbyter saec. diocesis Vratislaviensis, parochus in Neumarkt, canonicus in Glogau et ad S. Crucem Vratislaviae, celeber Caroli IV. regis cancellarius (1349-1374), 15. febr. 1352 electus episcopus in *Naumburg*, 19. oct. 1353 nondum consecratus, electus in 2. episcopum Litomyslensem (*Johannes III.*) unde translatus est 12. julii 1364 Olomucium, ubi † 20. (seu 23., 24 ?) decemb. 1380, brevi antea electus episcopus *Vratislaviensis*. Sepultus est apud Eremitas O. S. Aug. in Listomysl, quorum conventum ipse a. 1356 fundaverat. Nullo modo autem pertinet ad Ordinem.

G. 286 et 297; Eu. I, 332, 393 et 429; Goov. I, 421, 620, et IV, 215; Lienhart, *Spir.* 38 et 307; Chevalier, *Bio-Bibl.* (Paris 1907) II, 2457; Willi 72; Hugo, A. P. II, 116; Frind 95; Cermák 192; Ielinck, passim. Amplissimam dissertationem publicavit professor Dr. Antonius Saffler anno 1900 Graecii (Graz) in 2 temis programmatis gymnasii episcopalis Seccoviensis; Zák, *De b. Henrico Zdík* 158.

116. *Johannes V. nobilis de Parkentin*, dicitur Dietlevi de Parkentin in Lütgenhof fuisse filius, jam 1460 canonicus Raceburgen. O. Praem., 1562 magister in Rostock, dein parochus in Schönberg, 31. jan. 1479 electus, 26. (27.) et ultimus regularis episcopus *Raceburgensis* (Romae consecratus), cujus ecclesiae breviarium et missale anno 1496 imprimi fecit. Anno 1504 sub Julio Papa II. capitulum Raceburgense saecularisatam est, vestis candida talari nigro et dignitas prioris decano cedere debuit. Episcopus ipse obiit 15. jan. 1511.

G. 314; Eu. III, 300; Krantz, *Metrop. L.* 12, c. 10; Miraeus 204 (c. 1480); March 371; E. J. Westphalen *Dipl. Raceb.* c. 1983; Rickmann 20; Goov. IV, 231 et 279; Lienhart, *Spir.* 37; Kreusch 44; Hugo, A. P. II, 607.

117. *Johannes Perez Carpinteros*, Praemonstratensis Hispanus, Th. Dr., praedicator generalis, 20. maii 1696 abbas Retortae, 1699 apud S. Norbertum Matriti, a. 1700 a Carolo II., Hispanorum rege, nominatus episcopus in *Honduras* apud Indos, cathedralem ibi ecclesiam a fundamentis erexit, circumjacentium diocesium visitator fuit, et obiit septuagenarius 12. maii 1724.

G. 152; Hugo, A. P. II, 668; Lienhart, *Eph.* 5 (ad 30. jan.) et *Spir.* 43; Goov. II, 28 et III, 166.



118. *Johannes III. Preen*, natus in Wittenberg, e canonico episcopus (23. seu 24.) *Raceburgensis* eligitur 1454, nobili familia oriundus, homo rigidus et justitiae zelator, qui suis canonicis ad sacrarum studia litterarum se praeparantibus opulentes omnino census reliquit. † 9. oct. 1461 (lapis sepucr.).

G. 314; Eu. II, 243; Goov. IV, 279; Miraeus 201; Hugo, A. P. II, 106; Lienhart, *Eph.* 59 (ad 25. febr.) et *Spirit.* 37 (Brem, † 1459); Krantz, *Metrop.*, L. 11, c. 34; Gabr. Bucelium, *Germania sacra* I, 34 (episcopus 24.); March 352; Rickmann 18; Kreusch 93; E. J. de Westphalen, *Dipl. Raceburg.* c. 1983.

119. *Johannes II. Proel* (Prohl), plebeio quidem genere, canonicus jam 1431, a fratribus tamen Praemonstratensibus uti prior. anno 1440 electus ut 22. (23.) episcopus *Raceburgensis*, sedit 8. nov. 1440, † 17. mart. 1454 (lapis sepulcr.).

G. 314; Eu. II, 243; Goov. IV, 279; Miraeus 201; Krantz, *Metrop.* L. 11, c. 23; March 332 et 344; Kreusch 93; Hugo, A. P. II, 606 (falso Preen, † 1457) E. J. de Westphalen, *Dipl. Raceburg.* c. 1983; Rickmann 17.

120. *Johannes V. de Schlabberndorff* (Slaberndorp), Jur. utr. Dr., e praeposito Havelbergensi 29. aug. 1501 electus 34. (35.) episcopus *Havelbergensis*, installatus 23. jan. 1503 a Diatrigo de Bülow, episcopo Lubicensi. Sub eo cessavit 1507 Havelbergae Ord. Praem. in capitulo cathedrali, ubi canonici saeculares introducti sunt. Anno 1511 breviarium et statuta synodalia pro diocesi Havelbergensi Magdeburgi, 1518 Lipsiae impressa sunt. Episcopus obiit 12. aug. 1520 (lapis sepulcr.). Vir pius habitum regularem usque ad finem vitae suae gessit, pauperes adjuvit, S. Scripturam diligenter legi et horas canonicas cum capitulo suo in choro ecclesiae cathedralis persolvit.

G. 281; Eu. III, 224; Goov. IV, 13; Ludewig, *Rel. msc.* VIII, 335 (male: † 10. aug. 1520); Riedel II, 421; Kreusch 140; Th. Becker 63. *Johannes III. Sobieslai*

*Johannes III. Sobieslai* (Sobeslávěk) de Luxemburg (Lucemburgicus), filius Johannis, marchionis Moraviae, presbyter saecularis dioc. Pragensis, praepositus Vysehradensis, 1380 episcopus (7.) *Litomyslensis*, 1387 translatus ad patriarchatum Aquilegensensem, in palatio prope Utinam interfectus † 12. oct. 1399. Non autem erat ex Ord. Praem.

Praem. G. 286, 774; Eu. I, 100, 332; Hugo, A. P. II, 117. Kreetz, Heinsberg 159; Friedenfels 194; Ruebner 24; Lienhart, *Eph.* 66 et 150, *Spir.* I, 37 et 39; Palacky II, 383; Monum. Bohem. Vatic. t. V passim. Perperam nominatur episcopus *Olomucensis* (1387); Cermák 195; Kraszewski II, 11 et 353; Zák, *De b. Henrico Zdík*, 158.

*Anal. Praem.*



121. *Johannes IV. Stalkoper*, natus in Wimar, e fratre conventuali 1452 prior, medicae artis professor egregius, dein praepositus, tandem 1466 episcopus (25. seu 26.) *Raceburgensis*, † 21. jan. 1479 (lapis sepulcr.).

G. 314; Eu. II, 243; Goov. I, 198 et IV, 279; Krantz, *Metrop.*, L. 12, c. 10; Miraeus 204; March 350 et 363; Hugo, A. P. II, 606 († 1492 I); Lienhart, *Spir.* 37; Krusch 93; E. J. Westphalen, *Diplom. Raceburg.* c. 1983; Rickmann 19.

*Johannes a Stryen*, Sr. Th. licentiatus, 2. episcopus et praelatus *Middelburgensis* 1577, consecr. 15. aug. Namurci, vixit autem Lovanii ut praeses collegii regii, sedem suam episcopalem numquam adeptus, et obiit 8 jul. 1594. Nullatenus pertinet ad ordinem.

Acta Ss. Jun. I 979. G. 254.

122. *Johannes Thiel*, nat. 1485 Vratislaviae in Silesia, primum canonicus majoris ecclesiae et apud S. Crucem Vratislaviae praepositus monialium O. Praem. in Czarnowanz, init. martii 1529 electus 30. abbas (Johannes VII.) Vincentinus, sub quo 14. febr. 1530 canonica Vincentina, a fundatione sua extra muros Vratislavienses sita, in urbem ipsam sub eodem titulo translata est. Anno 1539, 28 apr. factus est simul episcopus *Nicopolitanus* et suffraganeus *Vratislaviensis*, obiit (4. sept. 1545, a. aet. 60.

G. nihil; Eu. III, 275; Görlich († 24. sept. ?) I. 141, II. 6; Hugo, A. P. II, 1113; Lienhart, *Ephem.* 217 et *Spir.* 42 et 66 (Thill); Goov. I, 240; Brunner 763

123. *Johannes I. Trempe* (Crempe ?), canonicus Raceburgen. et jam aetate major confirmatur 28. nov. 1418 episcopus (20. seu 21.) *Raceburgensis*, virtute atque industria singulari praeditus; defunctus 18. oct. 1431.

G. 314; Eu. II, 243; Goov. IV, 279; Miraeus 199; Krantz, *Metrop.* L. 11; c. 4, p. 294; Hugo, A. P. II, 605; Lienhart *Ephem.* 333 (ad 23. nov.) et *Spir.* 37; March 327; Rickmann 16; Kreusch 92 (1419-1431); E. J. de Westphalen, *Diplom. Raceburg.* c. 1983.

124. *Johannes I. de Tuchow*, 30. episcopus *Brandenburgen.* 4. oct. 1316 qua die (?) cassata est electio Henrici de Barby (v. s.), canonici Hildesheimensis, a capitulo facta. Mortuus est 8. aug. 1324.

G. 262; Eu. I, 149; Goov. III, 305; Kreusch 141 (Johann von Tucken); Riedel, *Cod. dipl. Brandenb.* I, 8.

125. *Johannes II. de Waldow*, e canonico episcopus (37.) *Brandenburgen.* prov. a Martino V. 20. dec. 1417, affuit 1417 concilio Constantiensi, translatus (uti Johannes V.) a Martino V. die 1. sept. 1421 ad sedem *Lubucensem* (*Lebus*), ubi obiit 1423.



G. 262 et 286; Eu. I, 149; Lienhart, *Spir.* 39 et 333; Goov. II, 361 et III, 205; Gercken 212 et 222; Kreusch 144 (1414-1421) et 114 (Johannes V. von Waldow, ep. in Lebus 1420-1422); Riedel, *Cod. dipl. Brand.* I. 8, 394.

*Johannes de Wechten*, ex episcopo *Warmiensi*, postulatus per provisionem archiepiscopus *Rigensis* 10. jan. 1286, † 1294. Non erat ex Ordine Praem.

*Johannes de Zitten* (Sitten), 11. archiepiscopus *Rigensis* 1374-1393, obiit 1397 uti patriarcha tit. Aexandrin. (Eubel I, 82).

Cf. Appendicem. Eidem insimul administratio ecclesiae *Tornacensis* commissa fuit (Reg. Vatic., t. 314. f. 222).

126. *Johannes III. de Wopelitz* (Wopelisz), natus in Wilsnack, studiis occupabatur Parisiis, ubi magister factus est. Pergratus fuit Theodorico von Schulenburg, episcopo Brandenburg. (v. i.), qui eum Urbano VI. ad sedem Havelbergensem, a 12. aug. 1385 vancantem, optime commendavit. Electus 15. aug. 1385 episcopus (27.) *Havelbergensis*, confirmatus ab Urbano VI. die 16. jan. 1386, † 22. febr. 1401 (lapis sepulcr.) et sepultus est in medio ecclesiae Havelbergensis.

G. 281; Eu. I, 283; Goov. IV, 12; Riedel II. 142, 143, 412; Kreusch 139, (1384-1401); male "Wipilitz"; Th. Becker 38 et 56.

127. *Johannes nobilis de Zollner* (Eu: Johannes Kluspuk), initio presbyter saec. archid. Satisburgen., Maximiliani Imperatoris capellanus aulicus, coadjutor praepositi Andreae canoniae B. Mariae V. in Griffen (Carinthia) O. Praem., electus c. 1528, occurrit 29. nov. 1529 in letteris, resignavit autem jam 1529 et per machinationem fratris sui Viti eligitur 30. maii 1529 abbas (recte: administrator) monasterii Runensis (Renn) O. Cist. in Styria, quod 1529-1559 ab "abbatibus saecularibus" administrabantur, ubi autem depingitur Johannes ut devastator. A. 18. Dec. 1531 episcopus titularis Hierapoleo et auxiliarius Ratisbo...nensis. Obiit miser et pauper uti parochus S. Viti apud Leoben in Styria 18. febr. 1545 (Runae nominatur abbas 1529-1533 emisitque ibi professionem O. Cis., reliquit autem quadam nocte a. 1533 abbatiam et abiit in Bavariam.

G. nihil. Eu. III 226; Willi 64 (cum litt.). Dr. Leopoldus Janauschek O. Cis., *Xenia Bernardina*, III, 14; P. Beda Schrott, O. S. B., *Das Prämonstratenserstift Griffen* (Klagenfurt, 1886) 65; P. Firminus Lindner, O. S. B., *Monast. metrop. Salzburg* (Salzburg, 1898) 94 et 100. Brunner, Sebast., *Ein Cistercienserbuch* (Wien, 1881. 381-382); Hugo, A. P. I, nihil.



128. *Joseph*, e canonico el. 9. episcopus *Burgilav*. 20. apr. 1298 (Reg. Vat. Bonif. VIII. an. 4, ep. 181), † 1303 seu 1304.

G. 329 (elig. 1286, † 1299; Petrus I. successor jun. 1299); Eu. I, 157; Goov. IV, 19. Lorenzen V., 34.

*Josephus Stephanus de Noriega*, Th. Dr., scriptor O. Praem. in Hispania, 15. aug. 1700 professus in abbatia B. Lariae de la Vid, 1718 secretarius generalis et professor Theol. Salamantiae, dein abbas Martriti, Vite et Retorte (hic simul reformatore generalis), 1737 lector jub. et theologus regiae societatis Immaculatae Conceptionis, electus episc. de *Solsona* (Hispaniae) 10. apr. 1778 i. p. i. cbit 10. maii 1739. Juxta Hugo, A. P., iam ante 1738 pro sede episcopali *Legionensi* (Leon) exquisitus est, sed recusavit. Goovaerts hoc non admittit.

G. 76; Goov. I, 627, III, 162, IV, 218; Leinhardt, *Spir.* 438.

129. *Julianus Alonso*, O. Praem, episc. de *Lerida* in Hispania, consecr. 25. jul. 1833. Obiit exul Nizae 18. febr. 1844.

G. 45; Goov. IV, 7.

*Kajim*: Caynus (v. s. nr. 26 pag. 181).

130. *Krumpen Styggesen Rosenkrantz*, nobilis, praepositus de *Wendel*, ab 1519, 27. julii, coadjutor *Burgilav*. Nicolai III. Styggesen (v. i., nr. 152), episcopi († 1533) et ab a. 1533 ipse 22. et ultimus episcopus simulque praepositus *Burgilaviensis*, captivus in *Sönderborg* 1536-1542, resignavit 1542 et obiit 1551 in *Asmild-Kloster*, ubi lapidem habet sepulchralem. In eo episcopatus cessavit. Capitulum, a. 1520 sub regimine prioris tantum positum, de facto iam 1540 saecularisatum est. Prior ultima vice a. 1559 nominatur.

G. 329; Eu. III, 158; Goov. IV, 19 et 332; Daugaard, *De danke klostre i Middelalderen* 326; Kirkehistoriske Samlinger, 2 R, t. IV, 465 et 733; Aarbog fot nordisk Oldkyndighed og Historie (1895) 237; Trap, Kongeriget Danmark, ed 3, IV, 136; Lorenzen 13, 107 ff; Brems 40, 318-9; Acta Pontif. Danica, VI, nr. 4718.

*Lambertus*, e canonico Bremen-Hamburgensi, a Papa nominatus 5. (6.) episcopus *Raceburgensis*, electus medio a. 1228, ut dicitur, per provisionem, mortuus iam 25. oct. 1228 (Ann. Stad.). Erat vix consecratus, et ad Ord. Praem. minime spectat.

G. 314; Eu. I, 435; Miraeus 174; Goov. IV, 279; Raphael van Waefelghem, Necr. Praem., ad 6. nov.; Masch 125; Hauck IV, 969; Kreusch 52; Hugo, A. P. II, 602; E. J. de Westphlaen, Dipl. Raceb. c. 183; Rickmann 8.



*Leo Fredericus Derikx*, nat. in Neerpelt (Belg.) 20. jul. 1860, vest. Tongerloae 8. oct. 1878, prof. ibidem 8. maii 1880, sacerdos 20 dec. 1884, missionarius in Africa 31. aug. 1899, tertius praefectus apostolicus de *Uele occidentali* in Buta (Congo Belg.) 26. jul. 1901, reg. ord. Leonis decurio et Ord. Stellae africanae eques, privilegio violacei talaris munitus 1921, redux 1923 Tongerloam, ubi vivit uti professor Theol. dogmaticae specialis et mysticae.

Goov. I, 176 et IV, 42; Catal. circariae Brabant. (Tongerloae, 1927) 61; M. Gaspar, *Les Prémontrés belges et les missions étrangères* (Louvain, 1905) 1116; *L'Ordre de Prémontré en Belgique* (Tongerloo, 1915), 129.

*Libertus de Pape*, n. 1619, abbas Parcensis in Belgio 1648, † 7. julii 1682. Oblatos sibi episcopatus *Ruremundensem* (1672) et *Antverpiensem* (1677) constanter recusavit.

Hugo, A. P. II, 490; Goov. II, 14; J. E. Jansen, *Abdij van 't Park* (Antwerpen, 1904) 97; *La Belgique Norbertine* (Averbode, 1921) 156.

131. *Lothardus* (Lethardus) O. Praem., e priore in Nazareth (?) archiepiscopus de *Nazareth* in Palaestina (metropolis tempore belli sacri) el. 1158, † 1190 (probabiliter in Accon).

G. 453 (Lolardus); Eu. (nihil); Annales Norbertines (Avignon 1886) 17; Goov. IV, 165. — Wilhelmi archiepiscopi Tyrensis, *Historia rerum in partibus transmarinis*, L. XVIII, c. 22 (Migne, t. 201, c. 101, resp. 733).

132. Sanctus *Ludolphus I.* martyr, e canonico et camerario a. 1236 electus 8. (9.) episcopus *Raceburgensis*. Ultimae litterae ejus dd. julio 1249. Obiit, ut communis est sententia, post multas persecutiones Wismariae 29. martii 1250 et sepultus est Raceburgi. Quoad cultum, cf. SS. Evermodum et S. Isfridum. Festum recolitur in O. Praem., die 29. mart. Caput ejus recolitur in altari S. Norberti Averbodii.

G. 304; Eu. J, 435; Hauck IV, 970; AA. SS. Mart. III, 793; Vander Sterre 46 (ad 29. mart.); item Raphael van Waefelghem, *Necr. Praem.*; Lienhart, *Eph. 94. Spir.* 33; Ign. Van Spilbeeck 26; Breviarium Praem. ad 29. mart.; Miraeus 180; Alb. Krantzzius *Metrop. L.* 8, c. 8; Annales Staden; Hugo, A. P. II, 602, tit. Ratzeburg et Rehna (II, 635); Le Paige 580; Waghenare 205; Urk. Buah der Stadt Lübeck I, 126 nr. 129; Böhmer Fr., *Reg. n.* 11572; Viereck, *Geschichte der Bischöfe Petrus, Ludolf und Friedrich von Ratzeburg* (1235-1257); Goov. IV, 279; Ig. Van Spilbeeck, *La couronne norbertine* (Tamines 1898) 53; Masch 140; Kreusch 87; Kraszewski I, 136; Albrecht 58; E. J. de Westphalen, *Dipl. Raceburg.* c. 1983; Rickmann 8.

\* *Ludolphus de Kroppenstedt*, archiepiscopus *Magdeburgensis* a 21. oct. 1192, † 16. vel 17. aug. 1205. Passim dicitur antea canonicus



S. Mariae Magdeb. fuisse, quod autem, uti apud Wichmannum (v. i.) non est verosimile.

G. 288 ; Eu. I, 335 ; F. Vogel, *Ezrt Ludolt von Magdeburg* (Leipzig, 1885) ; Goov. IV, 179 ; Hauck IV 970.

*Ludolphus de Schönebeck*, post 8. febr. 1221 a capitulo *Brandenburg.* electus 22. episcopus ibidem, cujus electio autem ab Honorio III. 18. maii 1222 cassata est. Cf. supra Gernandum, pag. 302. — C. 1226 nominatur canonicus majoris ecclesiae Magdeburgensis. Erat igitur presbyter saecularis.

G. 262 ; Eu. I, 149 ; Goov. III, 205 ; Hertel, U. B. 104, nr. 112.

133. *Ludolphus II. Roseborch* (Razeborch, Rosseborch), natus in Mölln, per plures annos (iam 1443) praepositus, dein 1461 electus 24. (25.) episc. *Raceburgensis*, canonicorum suorum in academiis studentium benefactor, † 2. jan. 1466 (lapis sepulchr.).

G. 314 ; Eu. II, 243 ; Goov. IV, 279 (*Ludolphus II. Razeborch*) ; Ign. Van Spilbeeck 88 (ad 12. nov.) ; Krantz, *Metrop.*, L. II, c. 50, p. 318 ; Miraeus 201 ; Waghenare 222 ; Le Paige 591 ; Hugo, A. P. II, 606 ; Lienhart, *Eph.* 158 (ad 3. jun., et † anno episc. 12 ?) et *Spir.* 37 († 1469 ?) Masch 350 et 357 ; Kreusch 93 ; Albrecht 67 ; E. J. de Westphalen, *Dipl. Raceb.* c. 1983 ; Rickmann, 18.

134. *Ludolphus Josephus Brems*, nat. in Testelt (Belg.) 7. aug. 1870, vest. Averbodii 11. oct. 1889, profess. ib. 11. oct. 1891, sacerdos 9. mart. 1895, missionarius in Dania 29. jul. 1903, prior missionis in Vejle 1. febr. 1904, *vicarius apost. Daniae* per bullam dd. 10. oct. 1922, et episcopus tit. *Roskildensis* nom. per bullam dd. 12. oct. 1922, consecratus Averbodii a cardinale Mercier, archiepiscopo Mechliniensi, 25. jan. 1923, ductor ord. reg. de Danebrog et eques ordinis Leopoldini. Auctor vitae S. Bavonis (Averbode, 1901) et historiae vicariatus apost. Daniae et Islandiae (*Het Apost. Vicariaat van Denemarken en IJsland*. Averbode, 1910).

Goov. III, 28 ; Catalogus circ. Brabant. (Tongerloae, 1928) ; De Orde van Premonstreit in België en Nederland, 2da edit. (Tongerloo, 1928) 168.

\* *Ludovicus de Castelnau* (de Castronovo), abbas (commendatarius tantum ?) Deivillae (Dieuville, Duvielle) in dioc. Aquensi, episc. *Tarbensis* 1538, † 1554 (alias episc. 29. oct. 1539, † 1549).

G. 634 ; Eu. III, 329 ; Gall. Christ. I, 1068 ; Hugo, A. P. I, 600.

135. *Ludovicus Carolus Hyacinthus Hugo*, scriptor eximius, analista et historiographus O. Praem., nat. 20. sept. 1667 in St. Mihiel uti filius advocati aulici, vestitus 15. jun. 1683 apud S.



Mariam Mussiponti, prof. 28. aug. 1685, Th. Dr., 1700-1713 prior Nanceii. A. 1708 coadjutor in Flabémont, 12. aug. 1710 Stivagii (Etival), confirmatur a Clemente XI. 28. nov. 1711 et possessor 1. apr., installatus 23. jul. 1712. Die 22. jul. 1713 benedictus Pruntrutii abbas tit. Fontis Andreae ab episcopo Basiliensi, quem titulum usque ad a. 1722 gessit. Post resignationem abbatis Stivagiensis 29. aug. 1722, ipse factus est abbas ibidem et 22. oct. de novo electione fratrum se subiecit, qui eum unanimiter elegerunt per acclamationem. Cum episcopo Tullensi multas lites de juribus abbatiae Stivagiensis ("nullius") habuit, immo a. 1726-1728 exilium perpessus est. Die 15. dec. 1728 a Benedicto P. XIII, ordini Praem. semper favente, in consistorio creatus est episcopus titularis *Ptolemaidis (Accon)* i. p. i. et mansit abbas S. Sedi immediate subjectus usque ad mortem suam 2. aug. 1739, anno aet. 72 (lapis sepulcr. Stivagii). In operibus suis nominabat se Carolum Ludovicum Hugo; Ludovicus erat nomen ejus in Ordine.

Lienhart, *Spir.* 294; A. Digot, *Mémoires de la société royale des sciences, Lettres et Arts de Nancy* (1842) 99-169 et separate; Calmet, *Bibl. Lorraine* (Nancy, 1751) 512; Herder, *Kirchenlexikon*, t. VI, 389 cum nonnullis erroribus; Dr. A. Schreiber, *Kurie und Kloster*, II, 43; D. U. Berlière, *Notes sur les manuscrits de l'abbé Hugo d'Etival* (Brussel, 1898); Gall. Christ. XIII, 1435; Goov. III, 110-129, ubi etiam opera et manuscripta celeberrimi illius viri enumerantur; J. M. A. Vacant, *La bibliothèque du grand Séminaire de Nancy* (Nancy, 1897). In bibliotheca magni seminarii Nanceiensis longa series manuscriptorum cum effigia episcopi, qui ea collegit, conservatur.

**Ludovicus de Neindorf** (Neuendorf), canon. Halberstadien. (ergo presbyter saec). provisus a Johanne XXII. (a. pont. 10.) episcopus (32.) *Brandenburg.* 4. maii 1327, † 28. jul. 1347. Non spectat ad Ordinem.

G. 262; Eu. I, 144; Goov. III, 205; D. 13. nov. 1334 erat fr. Egidius, Vario-nensis, episcopus tit. S. Mariae, Brandenburgensis episcopi vicarius in spiritualibus generalis (Riedel, XIII, 246, n. 63); Kreusch 142.

136. **Ludovicus Stempkowski** (Stepkowski), 30. abbas Hebdowien-sis (commendatatus?) 1644-1664, post 1648 episcopus *Camenece-nensis* in Polonia, obiit 3. maii 1664, a. aet. 67. Non est sat certum, an ad Ordinem pertineat. Kraszewski, abbas Wutowiensis (1752) id concedere videtur.

G. 343 († 1660); Eu. (nihil); Hugo, A. P., 807; Kraszewski II, 270; Goov. IV, 329; Hugo notat, episcopum hunc fuisse jam pridem coadjutorem (Camene-censem?) cum tit. episc. *Heliopolis*. Lienhart, *Spir.* 42 (male: Ludovicus ad Cameracensem); Knapinski 160.



137. *Magnus Johannis*, 15. episcopus *Burgilaviensis*, 1354-1365, translatus *Ripam* 1365, ubi obiit 1369.

G. 329 et 331; Eu. I, 157 et 442; Goov. IV, 14.

138. *Marquardus*, nobilis de *Jesow* (*Jesovenus*, *Jesewin*, *Jesewen*), e can. et thesaurario (iam 1306) electus 13. (14.) episc. *Raceburgensis* 1309, † 3. april. 1335.

G. 314; Eu. I, 435; Goov. IV, 279; Miraeus 197; Masch 216; Rickmann 12; Kreusch 90; Lienhart, *Spir.*, 37 (*Isewinus*); Hugo, A. P. II, 603 (*Lesewen*); E. J. de Westphalen, *Dipl. Raceb.* c. 1983.

(*Prosequitur*).

Kirchberg a. d. Wild.

A. ZAK